

www.e-rara.ch

Artis logicae praecepta

Lucius, Ludwig

Basileae, [1620?]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-64336>

De exercitatione logica

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

De Exercitatione logicâ.

C O R O N I S,

EXERCITATIO logica, est præceptorum logicorum conveniens ad usum accommodatio.

Ea; vel analysis, vel genesis.

ANALYSIS, est operis seu tractatus alicujus logici, secundum præcepta artis, resolutio ac dijudicatio.

1. Sitne illud, de quo tractatur, thema simplex, an compositum; & quæ forma quæstionis de illo moveatur.

2. Hinc, quot, & è quibus Inventionis locis, argumenta, seu declarantia, seu confirmantia, sint depromta.

3. Quâ ratione postmodum argumenta illa, cum quæstione propositâ, per enuntiationes aut argumentationes; & quo ordine, sint disposita.

Quæ si omnia ad Artis logicæ præcepta quadrabunt; ritè, & cum ratione quæstio expedita: sin secùs; ineptè ac citra rationem tractata illa judicabitur.

[*Ut: Joh. 3. v. 16. Dilectio Dei, ceu the-
ma simplex, declaratur & commendatur:*

1. *ab Objecto; quod est Mundus, hoc est,
Genus humanum.*
2. *ab Effecto; Datione Filii: hoc est, Mis-
sione in Mundum, ad satisfaciendum pro
genere humano.*

Atq; hæc Missio iterum declaratur:

1. *ab Adjuncto Filii dati; quod sit Uni-
genitus.*
2. *à Fine; qui est, Redemptio credentium
in ipsum. Quæ ipsa quoq; per Partitionem
explicatur: vid. Non perire; sed Habere vi-
tam æternam.*

*Sic, Hebr. 1. exhortaturus Apосто-
lus, ad observationem & perseverantem
fidem doctrinæ euangelicæ, utitur argu-
mento à causâ efficiente principali, Deo; à
quo sermo Euangelii promanarit.*

*Huic effecto principalis causæ expli-
cando, adhibet argumenta:*

1. *Circumstantiam temporis, secundum
distributionem: quod Deus concionatus sit
Euangelium, & olim, in Veteri Testamen-
to, idq; multo variam; & his ultimis diebus
Novi Testamenti.*

2. *Objecta, quibus sit concionatus: olim
quidem,*

quidem, Patribus; nunc autem, Nobis.

3. *Causas adjuvantes: olim quidem per Prophetas; nunc autem, per Filium, vers. 1.*

Atq; ut hujus quoq; Filii praconio si-
dem conciliet; illum, ut verum cum Patre
Deum, commendat:

1. *ab Adjuncto: quia sit constitutus ha-
res omnium à Patre.*

2. *ab Effecto: quia Mundus per ipsum sit
conditus, vers. 2.*

3. *à Formâ: quia sit splendor gloriae pa-
ternae, & character personae ipsius.*

4. *ab Effecto alio: quia sustineat omnia
verbo potentiae suae.*

5. *ab Effecto alio: quia per se-ipsum pra-
stiterit purgationem peccatorum nostros-
rum. Quod effectum illustratur ab Adjun-
cto: consecutâ videlicet gloriosâ sessione ad
dextram majestatis caelestis, vers. 3.*

6. *à Comparatis imparibus: quia longè
major & dignior sit Angelis, vers. 4.*

Atq; hæc dignitas Filii Dei præ An-
gelis, confirmatur ex dignitate Nominis,
seu Titulorum illustrium, illi soli, & nulli
creature, ne Angelis quidem, competen-
tium. Quos quidē titulos & elogia sex enu-
merat, Christo in sacris literis tributa; &

cum

cum Angelorum elogiis ac titulis, ceu longè minoribus ac inferioribus, confert, & ab illis discernit. vers. 5. & seqq.

Quæ quidem omnia, post hanc Inventionis analysin, per enuntiationes ac syllogismos disponere ac judicare, facile quoque fuerit.]

Adhuc de Analyfi logicâ:
sequitur de Genesi.

GENESIS, est novi operis seu tractatus logici meditatio, & secundum præcepta artis cõfectio. [Ut videlicet,

1. Proposito ad explicandum themate, simplice aut composito, quæstiones primùm, quæ de illo moveri possunt, accuratè discernantur.

2. Argumenta dehinc, quæstionibus singulis accommodata, ex Inventionis locis inquirantur.

3. Inventa singula, per enuntiationes aut argumētationes figillatim, sed & ordine adhibito, disponantur.

Quò sic tandem omnia, ritè, juxta præceptorum artis Logicæ præscriptum, conformata & perfecta esse, judicari queant,

L Estq;

Estq; hæc genesis logica, vel libera, vel adstricta.

LIBERA genesis est, cum quis suo-
pte Marte & ingenio, solum præcepto-
rum artis logicæ ductû secutus, thema-
tis propositi tractationem aggreditur.

ADSTRICTA cōtrà genesis est, cum
quis, exemplo operis, ab Auctore pro-
bato ac celebri, ex artis habitu confe-
cti, sibi proposito, consimile aliud o-
pus logicum, ad modum tractationis
illius, efformare studet. [Quæ propriè
Imitatio appellatur.]

Atq; ut libera illa geneseos ratio, in
publicis ac seriis quæstionibus, ac cō-
troversiarum tractationibus: sic adstri-
cta hæc, in privatis ac ludicris exerci-
tationibus scholasticis, ad usum logi-
cum rectiùs formandum, præcipuè
locum habet.

DOMINO JESU CHRISTO,
Lumini illi vero, quod illuminat omnem ho-
minem venientem in Mundum,
sit laus & gloria, in secu-
la sempiterna.